

**TRANSCRIPCIÓN BREVE DE GREGORIO XIV**  
**SOBRE**  
**REFORMA DE LOS MÍNIMOS**  
**DE LA PROVINCIA DE ANDALUCÍA**

**(28 DE ABRIL DE 1591)**

***Estudios Mínimos***

Mayo 2009

## **PRESENTACIÓN**

**El Breve que a continuación transcribimos se expide por Gregorio XIV, con la firma de su secretario M. Vestrio Barbiano en 28 de abril de 1591. Va dirigido al Nuncio en España (a la sazón Pietro Millino) ordenándole nombre uno o varios Visitadores para la reforma de los conventos de la Orden de los Mínimos de la Provincia de Andalucía.**

**No nos consta que el documento haya sido editado con anterioridad. No figura en el Bullarium publicado por Lanovius ni hay copia del mismo en el Archivo General de la Orden.**

**Tampoco nos son conocidas las exactas circunstancias que motivaron esta intervención del Pontífice, aunque sí no consta que en aquella Provincia se daban irregularidades ya quince años antes, en tiempos del General Passarello.**

**Transcribimos a partir del documento custodiado en ARCHIVO GENERAL DE SIMANCAS, *Patrimonio Real*, leg. 23, doc. 71-1.**

1. Gregorius PP. XIII
2. Dilecti filii salutem et Apostolicam benedictionem. Inter caetera animi nostri desideria illud potissimum cordi nostri inhaeret ut illi qui religiosam vitam professi divino se cultui dedicarunt ita vivant ut ex eis illorumque vita et morum
3. honestate bonisque operibus non solum eorum religio suum immaculatum obtineat decorem, enim et coelestis glorificetur Pater ac denique singuli christifideles optatam consequi valeant utilitatem. De statu igitur Mona-
4. steriorum ordinis sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum Provinciae Andalusiae illorumque Conventuum et Religiosorum et Ministrorum ac personarum in eis degentium salubriter dirigendo solliciti
5. tibi mandamus ut adhibito proborum peritorumque virorum ecclesiasticorum consilio unum vel plures eiusdem seu alterius ordinis Religiosos deleges, qui etiam adhibitis secum, si expediens illis videbitur, alijs
6. probis pariter et peritis Religiosis qui plenam et liberam facultatem a nobis habeant Monasteria praedicta illorumque Correctores, Subcorrectores, Guardianos seu Priores Conventus ac Religiosos, necon quar-
7. umque alias in eis degentes personas et quarumque immunitate vel privilegio suffultas cuicumque qualitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis existant tam in capite quam in membris
8. in spiritualibus et temporalibus visitandi, et in illorum statum, formam, instituta, regulas, regimen, statuta, consuetudines, vitam, mores et disciplinam tam coniunctim quam divisim diligenter inquirendi, necnon
9. quaecumque mutatione, correctione, reformatione, emendatione, revocatione, innovatione et etiam ex integro editione noverint indigere iuxta canonicas sanctiones et sacri concilij Tridentini decreta ac dicti
10. ordinis regularia instituta reformandi, mutandi, corrigendi ac etiam de novo condendi, condita a decretis dicti Concilij Tridentini et sacris canonibus non ripugnantia confirmandi, abusus quosque tollendi,
11. regulares institutiones, observationes et monasticam disciplinam sicubi illae exciderint modis congruis restituendi et reintegrandi, ipsosque Correctores, Subcorrectores, Guardianos seu Priores, aliasque personas
12. in ipsis Monasterijs degentes, vagosque ad debitum et honestum vitae modum revocandi, necnon ad observantiam regulae quam professi sunt, iuris et facti remedijs opportunis compellendi ac quidquid per eos
13. statutum et ordinatum fuerit, etiam sub excommunicationis alijsque censuris et poenis eorum arbitrio imponendis perpetuo observari faciendi, ac contra praedictis omnes et alias quascumque delinquentes per-

14. sonas quorumque nomine nuncupatas summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicij, sed sola veritate inspecta inquirendi et procedendi, ac ipsos reos debitis et condignis poenis iuxta
15. sacrorum canonum decreta, necnon Monasteriorum et ordinis praedictorum constitutiones sententialiter puniendi ipsasque sententias executioni demandandi, inobedientes quoslibet et rebelles quoad praemis
16. sa delegandis praedictis impedimentum quomodolibet praestantes cuiuscumque status, gradus et ordinis vel conditionis fuerint, quavis dignitate et autoritate fungentes per easdem censuras et poenas
17. aliaque opportuna remedia compescendo legitimisque super his habendis servatis processibus poenas et censuras etiam iteratis vicibus aggravandi auxiliumque brachij secularis invocandi, omniaque et
18. singula alia faciendi et exequendi omni et quacumque appellatione remota; cui quidem Visitatori a te delegando commitimus et mandamus ut quaecumque Provincialia capitula quando expediens
19. videbitur congregare, et in electione Provincialis eiusdem ordinis et Provinciae in Provinciali capitulo eiusdem ordinem assistat ac uti noster et Apostolicae Sedis Delegatus praesideat ac prospiciat ut electio Pro-
20. vincialis libere et qua decet rectitudine fiat. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac in Concilijs etiam generalibus editis ac consuetudinibus etiam ab immemorabili tempore paci-
21. fice observatis; Privilegijs quoque indultis et literis apostolicis eisdem Monasterijs eorumque Superioribus et personis quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus eorum tenores ac si de verbo
22. ad verbum insererentur presentibus pro expressis habentes specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xxvij
23. Aprilis MDLxxxj Pontificatus Nostri Anno Primo.
24. M. Vestrius Barbianus.